



Ihesus dixit istis turbis iudeorum.
Ego sum panis uiuus. qui de celo
descendi. Si quis manducauerit
ex hoc pane. uiuet in eternum. Et
panis que ego dabo caro mea est.
pro mundi uita. Litigabant ergo iu-
dei. ad inuicem dicentes. Quomodo
potest hic nobis carne suam dare ad
manducandum. Dixit ergo eis ihesus.
amen amen dico uobis. nisi manducaueritis
carne filii hominis & biberitis eius sanguinem.
non habebitis uitam in uobis. Qui manducat
meam carnem & bibit meum sanguinem.
habet uitam eternam. Et ego

resuscitabo eum in nouissimo
seculo. *scilicet. vi. ad Corin. 1. 15.*
R. Ecce mysterium uobis dico.
Omnes quidem resurgemus. & non
omnes immutabimur. In momento
in ictu oculi. in nouissima tuba.

Caner enim tuba & mortui resur-
gent incorrupti. & nos immuta-
bimur. Oportet enim corruptibile
hoc induere incorruptelam. et
mortale hoc induere immortali-
tatem. Cum autem mortale hoc in-
duerit immortalitatem. tunc fiet
sermo qui scriptus est. Absorta
est mors in uictoria. Vbi est mors
uictoria tua. Vbi est mors stimu-
lus tuus. Stimulus autem mortis
peccatum est. uirtus uero pec-
cati lex. Deo autem gratias qui dedit
nobis uictoriam. per ihesum christum do-
minum nostrum. *scilicet. secundum Iohannem.*

Ihesus dixit istis turbis iudeorum.
amen amen dico uobis. nisi man-
ducaueritis carnem filii hominis
& biberitis eius sanguinem. non habebi-
tis uitam in uobis. Qui manducat me-
am carnem & bibit meum sanguinem.

